*AUTHOR:*

SAUPPE, HERMANN

*TITLE:*

INSCRIPTIONES MACEDONICAE QUATOR

*PLACE:*

WEIMAR

*DATE:*

[1847]

Master Negative #

93-81319-16

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

## BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



Sauppe, Hermann, 1809-1893.
... Inscriptiones macedonicae quatuor. Weimar, in der Albrecht'schen priv. hof-buchdruckerei [1847]
20 p. 27 cm.

Jahresbericht über das Wilhelm-Ernstische gymnasium zu Weimar, 1846/47.


Volume of pamphlets



Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4.23.93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT







**AIIM**


**Association for Information and Image Management**


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202








MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.


887.17 Sa87
1
Columbia University
in the City of New York
LIBRARY

# Jahresbericht

über das

# Wilhelm-Ernstische Gymnasium

zu Weimar

von Ostern 1846 bis Ostern 1847

erstattet

von

dem Direktor

**Hermann Sauppe D.**

---

Mit einer Abhandlung desselben:

## Inscriptiones macedonicae quatuor.

---

**Weimar,**
gedruckt in der Albrecht'schen priv. Hof-Buchdruckerei.

# Inscriptiones macedonicae quatuor.

---

Quam historiam rerum dicimus, ea cum temporum, per quae orbem terrarum fuisse verisimile est, mirum quam breve spatium complectitur, tum in hac innumerabilitate gentium et nationum, qua universitas generis humani continetur, multo etiam magis mirum quam paucos populos luce sua collustret. Nam perinde ut verno tempore in pratis et saltibus ex multis milibus florum vix singulos cati oculus hominis et cordati cernit atque intuetur, ita populi innumeri crescunt vigent labuntur, vi vitali, qua universi vita generis humani ordinatur et impellitur, non tacti neque in scenam quasi producti. Sed si quando populus insignium virorum ingenio et opera elatus opportunitatem emergendi nactus est, tum etiam origines scrutantur et quomodo ad illud fastigium pervenerit explicare student, verae memoriae leves notas conquirendo, fabularum commenta interpretando, ex populi ingenio atque statu rerum gestarum ordinem fingendo. Idem etiam in Macedonum historia evenisse intelligimus. Verissima enim sunt, quae Georgius Syncellus p. 497, 20 Ddf. ait: *ὁ περὶ τῆς βασιλείας Μακεδόνων λόγος διὰ τὴν ἀρετὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῖς φιλομαθέσι καὶ περὶ ταῦτα σπουδάζουσιν ἀναγκαῖος πέφυκεν.* Atque eorum temporum, quae ante hos rerum macedonicarum statores eximios fuerunt, quam tenuis et obscura memoria exstet, nuper admodum O. Abelii opera (Macedonien vor K. Philipp. Lipsiae 1847) patefactum est, qui quidquid ad rem pertinere videretur quanquam diligentissime collegit, magis tamen quales res illae esse potuerint ingeniose coniectando probabiliter effinxit, quam quales fuerint certis testimoniis docuit. De multis vero ne veteres quidem certiora videntur cognita habuisse. Nam cum Herodotus (8. 137 sqq.) et Thucydides

(2, 100), homo regionum illarum peritissimus, Perdiccam conditorem regni Temenidarum fuisse testentur, Theopompus et Marsyas Pellaeus, Alexandri M. aequalis, (Etym. M. p. 523, 39. Gud. 332, 41. cf. F. Ritschel. ind. lectt. vratislav. a. 1836 p. 5) ante Perdiccam tres Temenidas regnasse tradiderunt, Caranum Coenum Tyrimman. Atque iam Isocratem hoc secutum esse apparet (or. 5 §. 106). Theopompum vero illud tradidisse Diodorus apud Georgium Syncellum docet p. 499 Ddf.: γενεαλογοῦσι δ'αὐτὸν (Caranum) οὕτως, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος, οἱ πολλοὶ τῶν συγγραφέων, ὧν εἷς καὶ Θεόπομπος. nam quod ante οἱ πολλοὶ I. Scaliger addidit et G. Dindorfius retinuit καὶ ferri nullo modo posse facile est ad intelligendum. Per illa fabularum involucra et integumenta hoc unum perspici potest, etiam regionem macedonicam ab audaci manu fortium Doriensium invasam esse et quae ibi sedes haberent gentes pelasgicas et illyricas, unam post alteram victas, temporis decursu in unam civitatem coaluisse. Et quid vulgus Macedonum crediderit apud Herodotum traditum habemus, quem cantilenam popularem secutum esse gratissima in rebus vel minimis lepide describendis ubertas ostendere videtur. Alteram vero narrationem neque cum C. O. Müllero (Aeginet. p. 54. Dor. 1 p. 156. de Maced. p. 24 sq.) veriorem esse existimaverim neque fabulam de Corono Lapitharum rege ab Hercule devicto aliquantum immutatam subesse O. Abelius l. d. p. 101 sqq. mihi persuasit. Sed cum doctorum hominum fraude Caranum Phidonis Argivi fratrem factum esse certo constet (cf. H. Weissenbornii Hellen p. 49 sqq.), omnem illam fabulam his hominibus, qui historiam mythicam ex arbitrio fere ordinarent et constituerent, deberi existimo. Nam cum temporum rationes postulare viderentur, ut ante Perdiccam tres aetates adderentur (de qua re Weissenbornius l. d. p. 55 bene exposuit), tres reges ita addiderunt, ut primi nomine principem (κάρανον: X. Hell. 1. 4, 3) ab Hercule originem ducere significarent, alterius gentium variarum una civitate mixtarum coniunctionem intelligi vellent, tertii denique quantum in Macedonia gentes illyricae valuissent indicarent. Quid illi homines ausi sint, vel ex eo intelligi potest, quod cum Perdiccas Aegas condere oraculo iussus esse traderetur (Diod. Sic. exc. vatic. l. 7 p. 4 Ddf.), simile oraculum Carano datum esse finxerunt (cf. Euphorionis frg. 24 in Meinekii anal. alexandr. p. 59). Sed quid mirum originum illarum memoriam obscurissimam fuisse, cum ne de iis quidem regibus, qui Periclis temporibus viverent, multo certiora constitisse appareat? Neque enim quo anno Archelaus regni potitus esset rerum scriptores consentiebant et quot annos Perdiccas, pater Archelai, regnum tenuisset maxima dissensio erat. Athenaeus enim 5 p. 217. D haec habet: Περδίκκας τοίνυν πρὸ Ἀρχελάου βασιλεύει, ὡς μὲν ὁ Ἀκάνθιός φησι Νικομήδης ἔτη τεσσαράκοντα ἕν, Θεόπομπος δὲ τριάκοντα πέντε, Ἀναξιμένης τεσσαράκοντα, Ἱερώνυμος εἴκοσιν ὀκτώ, Μαρσύα, δὲ καὶ Φιλόχορος εἴκοσι τρία. Quorum Nicomedem secutus est auctor marmoris parii (Boeckh. corp. inscr. 2 p. 341), Hieronymum Cardianum chronicon Hieronymi p. 341 sqq. (Roncall.) et Eusebius canonum l. 2 p. 339 mediol., Marsyam denique et Philochorum Georgius Syncellus p. 469 Ddf. (nam p. 500 numeri in codd. exciderunt) et Eusebius chron. l. 1 p. 170. 171 mediol. Nec minor fuit his nostris temporibus inter



homines harum rerum peritissimos iudiciorum dissensio. Nam cum F. Ritschelius (de Agathonis vita p. 4 sqq. de Marsya p. 5) Marsyae numerum unice verum esse statuerit eique G. Kiesslingius (de Hieronymo Card. p. 25) assensus sit, H. Clinton fast. hell. p. 238 Krüg., C. Krebsius lectt. diodor. p. 159 sqq., A. Boeckhius l. d., M. Meier quaestt. andocid. 5 p. 105 et in encyclop. halensis 3, 16 p. 250, G. Vischer in mus. liter. histor. helvet. vol. 1 p. 9, O. Abelius l. d. p. 166 sqq. Nicomedis et marmoris parii fidem tueri studuerunt. In hac iudiciorum diversitate F. Ritschelii sententiam unice veram esse existimo. Ac primum quidem non dubito, quin apud Athenaeum legendum sit Ἀναξιμένης τριάκοντα, cum appareat hunc testium ordinem ab Athenaeo non constitutum esse nisi numerorum ratione, ita ut a maximo ad minimum progrederetur. Deinde quo consilio testimonia illa ab Athenaeo adscripta sunt? Neque enim quot annos Perdiccas regnasset, sed a quo anno Archelaus regiam potestatem tenuisset definiendum erat, ut intelligeretur quanto Plato errore Periclem paullo ante Archelai principatum mortuum esse in Gorgia dixisset. Nimirum quo anno Archelaus rex factus esset ignorabat, quo Perdiccas, compertum habebat. Sed si *permultis annis* ante Periclis mortem (429 a. Chr.) Perdiccas regnare coepisset, Athenaeus non poterat sperare etiam minimo numero annorum quibus Perdiccas regnasset electo effectum iri, ut intelligeretur Periclem *multo* ante mortuum esse quam Archelaus rerum potiretur (πρὸ πολλοῦ πάνυ χρόνου ἀπέθανε). Nam si, quod alterius opinionis patroni defendunt, Perdiccas a. 454 patri successisset, Athenaeus viginti tres annos ei tribuendo effecisset, ut Perdiccam ante Periclem mortuum esse intelligeremus. Si contra Archelaum a. 399 mortuum esse et annos quatuordecim regnasse, id est, a. 413 imperio potitum esse satis certum est, viginti tribus Perdiccae annis additis efficitur, ut Perdiccae a. 436 regiam potestatem obtigisse existimandum sit. Quo sumto Athenaei ratiocinatio verissima est. Cum igitur numerus ille annorum viginti trium et rationum argumentis et testimoniis hominum fide dignissimorum confirmetur, aliud sequi videtur temerarium esse. Illud quidem veri videatur similius esse, quod O. Abelius (p. 170) scite excogitavit, tria tempora ita distinguenda esse, ut a. 454 — 448 Alcetas, 448 — 436 Perdiccas una cum Philippo, ab a. 436 Perdiccas solus regnaverint. At enim Thucydides (2, 100) ante Archelaum *octo* reges Macedonum fuisse dicit; Alcetam igitur per complures annos regiam potestatem tenuisse parum veri simile est. Nicomedis igitur numerum vel errore vel consilio fictum esse existimaverim, cum quadragenarius numerus in historia Macedonum haud raro redeat. Quod vero Plato (Gorg. p. 471. B.) commemorat Alcetam fratrem a Perdicca regno privatum esse, explicandum est ita, ut aut Perdiccam ab initio una cum Alceta regiam dignitatem communiter habuisse aut Alcetam brevi post Alexandri patris mortem statu suo deiectum esse existimemus. Non alienum erit hoc loco commemorare Alcetam eiusque filium Alexandrum cum Archelao Perdiccae filio inter subscriptores foederis alicuius esse in titulo misere truncato, ab A. R. Rangabé antiquit. hell. vol. 1 p. 328 edito: Ἀλκέτης Ἀλεξάνδρου, Ἀρχέλας Π[ερδίκκου, Ἀλέξαν]δρος Ἀλκέτου. Sed ut ad Perdiccae annos imperii redeam, verum quidem est

Alexandri Philhellenis aetatem, si eum non ante a. 438 vel 437 mortuum esse statuerimus, ad ultimos vitae humanae fines produci, quem constet iam a. 511 adolescentem fuisse (Herodot. 5, 19 sqq.), neque tamen quod fieri non potuerit quidquam inest.

Sed haec eo tantum consilio explicavi, ut ex obscuritate historiae macedonicae commendationem hoc commentariolum ducat, quo inscriptiones complures quae ad res Macedonum illustrandas faciant emendare et explicare studui. Atque prima quidem ad Perdiccam II pertinet.

Kirchhoff abh. akad. 1861.

## 1. Inscriptio methonensis.

Huius inscriptionis Athenis in ruderibus theatri limnensis inventae tria apographa habui, primum C. S. Pittakis (ἀρχαιολ. ἐφημερ. 1838, 45), ab A. Schoellio illud in commentariis archaeologicis de C. O. Mülleri itinere graeco (1 p. 54 sqq.) repetitum (neque enim Pittakis librum ipse inspicere potui), alterum A. R. Rangabis (antiqu. hell. 1 p. 313 sqq. tit. 250), tertium L. Rossii, cuius usum mihi petenti benigne concessit. In summo lapide figurae quaedam sculptae sunt: a dextra spectatoris Minerva sedens et brachium dextrum porrigens, ante eam in medio fere lapide iuvenis, stans ille, et ipse brachium ad Minervam protendens, a sinistra canis vel si apud Rangabium (tab. 7 fig. 250) bene expressa est caprea iuvenem intuens. De quo genere operum sculptorum A. Schoellius l. d. p. 53 sqq. accurate et eleganter exposuit. Sub illis figuris inscriptus est titulus, cuius versus sexaginta nunc supersunt, sed quot in inferiore quae periit lapidis parte fuerint incertum est. Versus primus habuit duodeviginti literas, secundus viginti septem, uterque paulo maiores, reliqui quadragenas singulas minores, literaturae atticae quae ante Euclidem fuit. Ab initio et in fine versuum omnium literae nonnullae perierunt, plures in fine, sed etiam in mediis versibus haud paucae legi non potuerunt. Cum vero formas literaturae illius antiquae typographi vimarienses imitari non possent, ne maiusculis quidem quae dicuntur verba exprimi volui, sed quae vel addenda vel mutanda esse viderentur accuratissime adnotavi. Nota A inventa A. Schoellii, R Rangabis, L Lud. Rossii, S mea ipsius indicat; in fine versuum lineolam rectam posui. De supplementis iis, quae certa essent et ab omnibus inventa, nihil dixi. Inscriptio igitur haec est:

[Μ]ε θ[ων]αίων ἐκ Πιερ[ίας].

[Φ]αίνιππος Φρυνίχου ἐγραμμάτ[ευε].

["Εδ]οξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Ἐρεχθηὶς ἐπρ[υτάν | ευ]ε, Σκόπας ἐγραμμάτευε, Τιμωνίδης ἐπεστάτει, [Διοπ | εί] θης εἶπε· δ[ι]αχειροτονῆσαι τὸν δῆμον αὐτίκ[α περ | ὶ Μ]εθωναίω[ν, εἴτ]ε φόρον δοκεῖ τάττειν τὸν δῆμο[ν αὐτ | ίκ]α μάλα, ἢ ἐ[ξ]αρκεῖν αὐτοῖς τελεῖν, ὅσον τῇ θε[ῷ ἀπ | ὸ τ]οῦ φόρου ἐγίγνετο, ὃν τοῖς προτέροις Παν[αθηναίο | ις] ἐτετάχατο φέρειν, τοῦ δὲ ἄλλου ἀτελεῖς εἶνα[ι· τῶν δὲ ὀφ | ει] λημάτων, ἃ [γ]εγράφαται τῷ δημοσίῳ τ[ῷ Ἀθηναί | ων] οἱ Μεθωναῖοι ὀφείλοντες, ἐὰν ὦσι ἐπι[τήδειοι Ἀ | θη]ναίοις ὥσπερ τὰ νῦν καὶ ἔτι ἀμείνους, ἐπι[τρέπειν τ | ε τ]άξιν πε[ρὶ] τῆς πράξεως Ἀθηναίους καὶ ἐὰν [κοινὸ | ν ψ]ήφισμά [τι] περὶ τῶν ὀφειλημάτων τῶν ἐν τῇ[σι πό | λε]σι γίγνηται, μηδὲν προσηκέτω Μεθωναίο[ις, ἐὰν μ | ὴ χ]ωρὶς γίγνηται ψήφισμα περὶ Μεθωναίων. π[ρέσβει | ς δ]ὲ τρεῖς π[έμ]ψαι ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγο[νότας | ὡ]ς Περδίκκα[ν], εἰπεῖν δὲ Περδίκκᾳ, ὅτι δοκε[ῖ δίκα | ιο]ν εἶναι ἐᾶν [Με]θωναίους τῇ θαλάττῃ χρῆσθα[ι μηδὲ | λιμ]ένας ὁρίσασθαι, καὶ ἐᾶν εἰσεμπορεύεσθ[αι καθ | άπε]ρ τέως [εἰς τὴ]ν χώραν καὶ μήτε ἀδικεῖν μ[ή]τε ἀδ[ικεῖσ | θαι], μηδὲ στρ[ατ]ιὰν διὰ τῆς χώρας τῆς Μεθωναί[ων διά | γειν] ἀκόντων Μεθωναίων· καὶ ἐὰμ μὲν ὁμολογῶσιν [ἑκ | άτερ]οι, ξυ[μβιβ]ασάντων οἱ πρέσβεις, ἐὰν δὲ μή, [πρεσ | βεί]αν ἑκάτεροι πεμπόντων εἰς Διονύσια τέλος [ἴσχου | σαν] περὶ ὧ[ν ἂν δι]αφέρωνται πρὸς τὴν βουλὴν κα[ὶ τὸν δῆμ]ον· εἰπεῖν δὲ Περδίκκᾳ, ὅτι, ἐὰν οἱ στρατε[υόμε | νοι] ἐμ Π[οτ]ε[ιδ]α[ί]ᾳ ἐπαινῶσι, γνώμας ἀγαθὰς ἕξ[ουσι | περὶ] αὐτοῦ Ἀθ[ην]αῖοι. Ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος, [Μεθων | αίου]ς τε[λ]εῖν, [ὅ]σ[ο]ν τῇ θεῷ ἀπὸ τοῦ φόρου ἐγίγν[ετο, ὃν | τοῖ]ς π[ρ]οτέρ[οις] Παναθηναίοις ἐτετάχατο φ[έρειν, τοῦ | δὲ ἄ]λλου ἀτελεῖς εἶναι.

---

4. Διοπείθης ARL. δ.αχειροτονῆσαι L, δ...ειροτονῆσαι R, ....ειροτονῆσαι A. περὶ S : πρὸς R. 5. Μεθωναίων εἴτε S: .ΕΘΟΝΑΙΟ.....A, .ΕΘΟΝΑΙΟΣ.ΙΤΕ R, .ΕΘΟΝΑΙΟΣ..ΡΤ L. (εἴτε etiam R). cf. [Demosth.] or. 59 §. 4 : διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον εἴτε δοκεῖ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι εἴτε θεωρικά. Scribitur vero in hoc titulo modo Ε modo ΕΙ, saepius illud. 5. ἢ ἐξαρκεῖν SR. 6. cf. v. 20. 7. τοῦ δὲ ἄλλου S, τὸ δὲ ἄλλο R. cf.



Demosth. 21 §. 155. τῶν δὲ L, ἐκ τῶν R. 8. τῷ Ἀθηναίων S. quae R habet : τὸν δὲ φόρον ὃν Μεθωναῖοι ὀφείλοντες ἐὰν ὦσι, ἐπιτελέσαι Ἀθηναίοις ὥσπερ τε νῦν καὶ ἔτι ἀμείνως. ea et soloeca et inepta esse apparet. οἱ S: .Μ A, ΗΟΜ RL. ἐπιτήδειοι A auctore I. Franzio. τὰ S: .τε ARL. 9. ἐπιτρέπειν τε τάξιν S : ἐπιθεῖναι δὲ τάξιν R. κοινὸν S : αὐτοῖς R. cf. v. 28. 10. τι περὶ R, ..ΠΕΡΙ L. τῇσι πόλεσι R. Ad sensum videtur certissimum esse, sed dubitationem tamen iniicit, quod hic, ut numerus literarum expleatur, ΤΗΙΣΙ scribendum est, cum v. 29 et 34 sit ΤΗΣΙ. 11. ἐὰν μὴ S. cf. v. 29. Quae R posuit Μεθωναίοις. Τούτων χωρὶς γίγνεται ψήφισμα περὶ Μεθωναίων πρέσβεις μὲν etc. ferri non possunt. .ΟΡΙΣ R, ..ΡΙΣ AL. πρέσβεις δὲ S : Π........R, Η........Σ L. πέμψαι RLS. 12. γεγονότας ὡς AL, γεγονότας πρὸς R. sed prothesis tres tantum literas habere potest. δίκαιον SRL. 13. μηδὲ λιμένας S:....... ΕΝΑΙ ARL (καὶ παριέναι ὁρμίσασθαι Schoellius, ἣν δὲ ἀφῆναι ὁρίσασθαι Rangabes). 14. καθάπερ τέως SL: ἥνπερ τέως R. cf. Aristoph. frg. p. 1159 Bgk.: οὐ γὰρ τίθεμεν τὸν ἀγῶνα τόνδε τὸν τρόπον ὥσπερ τέως ἦν, ἀλλὰ καινῶν πραγμάτων. ἐς τὴν AL (qui .... Ν legi posse tradunt): [εἴα] ΣΑΝ R. μήτε ἀδικεῖσθαι AR, μήτε ἄγειν αὐτοὺς L. 15. διάγειν ASL, διιέναι R. 16. ἑκάτεροι A, ἀμφότεροι R. Litera Η omissa est v. 8. ΟΣΠΕΡ, 15 ΟΜΟΛΟΓΟΣΙΝ, 16 ΕΚΑΤΕΡΟΙ, 24 ΕΚΑΣΤΟ, 26 ΕΚΑΣΤΟΣ, 26 (et 24) ΕΛΛΕΣΠΟΝΤΟ, 27 et 35 bis Ε, 37 ΕΟΣ, cf. Franz. elem. epigr. p. 126. ξυμβιβασάντων AR, ξυ[σκευ]ασάντων L. cf. Thuc. 2, 29: ξυνεβίβασε δὲ καὶ τὸν Περδίκκαν τοῖς Ἀθηναίοις. πρεσβεί] ΑΝ RL, ξυμβῶσιν A. 17. ἴσχουσαν S : ἔχουσαν R, ἔχοντας A. cf. Thucyd. 4, 118 οἱ δὲ ἰόντες τέλος ἔχοντες ἰόντων. Wachsmuth. antiqu. graec. 1 p. 814. ἴσχουσαν vero scribendum erat, ut numerus literarum expleretur: nam ου in hac inscriptione semper litera quae est Ο exprimitur. ὧν ἂν διαφέρωνται S : ΗΟ..... ΑΦΙΡΟΝΤΑΙ L, ὧν ἂν [δι]αφέρονται R (in lapide ΑΦΙΡΟΝΤΑΙ esse testans), ὅτων ἂν ἀφίξονται A. 18. στρατευόμενοι S : στρατηγοὶ οἱ AR. hoc multo magis placet, sed tredecim literarum numerum expleri necesse est. ἐμ Ποτειδαίᾳ S : ΕΜΠΟΣΕΙΔ. ΑΙ L, ἐμ Ποσειδί ΟΙ R (coll. Thucyd. 4, 129. sed ibi est κατὰ τὸ Ποσειδώνιον), ἐν Μένδῃ αὐτὸν A. (in lapide esse puto ΕΜΠΟΤΕΙΔΕΑΙ. cf. Boeckh. corp. inscr. 170 v. 7 et 11 Ποτειδαίας, 171 v. 41 Ποτειδαίᾳ, Rangab. vol. 1, 215 v. 11 Ποτειδαιά[ται, 186 v. 35 et 172 (p. 239) Ποτειδεά[ται. 19. ἕξουσι περὶ A, ἔχουσι περὶ R. 19 sqq. facile expleri poterant collatis v. 4 sqq. 21. τοῦ δὲ ἄλλου AS, τὸ δὲ ἄλλο R.

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ [τῷ δήμ|ῳ · Ἱ]πποθ[ωντὶς ἐ]πρυτάνευε, Μεγακλείδης [ἐγραμμά|τευ]ε, Ν[ικ]ό[δημος ἐ]πεστάτει. Κλεώνυμος εἶπε · Μ[εθωναί|οι]ς ἐ[ξεῖναι ἐξά] γειν ἐγ Βυζαντίου σίτου μέχ[ρι πεντα|κισ]χιλίων [με]δί[μ]νων τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου · οἱ [δὲ Ἑλλη|σπ] όντου φύλακε[ς μ]ήτε αὐτοὶ κωλυόντων ἐξάγειν μ[ήτ|ε ἄ]λλον ἐώντων κωλύειν, ἢ εὐθυνέσθων μυρίαισι δρ[αχ|μαῖσι]ν ἕκαστος · γραψαμένους δὲ πρὸς τοὺς Ἑλλησπ[όν|του] φύλακας ἐξάγειν μέχρι τοῦ τεταγμένου · ἀζήμιος [δὲ| ἔσ]τω καὶ ἡ ναῦς ἡ ἐξ[άγου]σα. ὅ τι δ' ἂν κοινὸν ψήφ[ισμ|α π]ερὶ τῶν ξυμμάχω[ν φ]η[φί]ζωνται Ἀθηναῖοι πε[ρὶ β|οη]θείας [ἢ ἄλλ]ο τι πρ[οσ]τάττοντες τῇσι πόλεσι, ε[ἰ βου|λεύουσι] περὶ τῶν πόλεων, ὅ τι ἂν ὀνομαστὶ περὶ τ[ῆς π|όλε]ως τῆ[ς] Μεθωναίων ψηφίζωνται, τοῦτο προσή[κειν|αὐτοῖ]ς. [τὰ] δὲ ἄλλα μή, ἀλλὰ φυλάττοντες τὴν σφε[τέρα]ν αὐτῶν ἐ]ν τῷ τεταγμένῳ ὄντων. ἃ δὲ ὑπὸ Περδ[ίκκ|ου ἠδικῆσ]θαί φασι, βουλεύσασθαι Ἀθηναίους ὅ τι [δοκεῖ|β]έ[λτιστ]ον εἶναι περὶ Μεθωναίων, ἐπειδὰν ἀπα[γγείλ|ω]σι εἰ[ς τὸ]ν δῆμον οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ Περδίκκᾳ, [ο|ἱ] μετ[ὰ Μεγ]ιστίου οἰ[χό] μενοι καὶ οἱ μετὰ Λεωγό[ρου. ὅ τ]ι δὲ [δεῖ τ]ῇσι πόλε[σι, χ]ρηματίσαι, ἐπειδὰν ἐσέλθ[η ἡ|π]ρυ[ταν]εία ἡ δευτ[έρα], μετὰ τὰς ἐν τῷ νεωρίῳ ἕ[δρας|εὐ]θ[ὺς

---

22. ἐγραμμάτευε, Νικόδημος (vel Νικόβουλος) S : ἐγραμμάτευεν, Πρόδικος R. Sed in his populiscitis et ἔδοξεν τῇ et ἐγραμμάτευε, ἐπρυτάνευε, εἶπε scribi usu receptum est. 23. ἐξεῖναι ἐξάγειν AR. 24. πεντακισχιλίων incertum esse eodemque iure scribi posse τετρακισχιλίων, ἑξακισχιλίων, ἑπτακισχιλίων, ἐννεακισχιλίων monet R. 25. ΦΥΙ.ΙΕΣ R, ΦΥΙΑΙΕ . L, sed v. 27 ΦΥΛΑΚΑΣ L. ita hi loci se invicem satis tuentur. φύλακες et φύλακας legendum esse etiam R vidit. 26. γραψαμένους A. male R δραχμαῖσι. Ἕκαστος γραψάμενος δὲ — . Qui frumentum ex Hellesponto Methonen vecturus esset, custodibus Hellesponti scripto indicare debebat, quantam vim frumenti navi imposuisset. Similiter γράφεσθαι dicitur a Xenoph. Oeconom. 9 §. 10: ταῦτα δὲ τῇ ταμίᾳ παρεδώκαμεν καὶ δείξαντες τὰς χώρας αὐτῶν καὶ ἀπαριθμήσαντες καὶ γραψάμενοι ἕκαστα. Agesil. 1 §. 18 . Demosth. 24 §. 48: πρῶτον μὲν πρόσοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλήν. 27. δὲ ἔστω καὶ S : [τε ἔσ] ΤΟ ΚΑΙ R, . . . . ΞΟΚΑΙ L. 28. βοηθείας RL. 29. ἢ ἄλλο τι S : . . ΔΙΟΤΙ R, ΤΑΣΙΟΤΙ L (ἢ ἐὰν ὦσι Rangabes). εἰ βουλεύουσι S : Ε . . . . . . ΟΝΙ R, Ε . . . . . . . Ν . L (ἐὰν κοινὸν ᾖ Rang.) 30. τῆς πόλεως ARL. προσήκειν αὐτοῖς S : ΠΡΟΣΕ . . . . . . . ΟΣ L, ΠΡΟΣΕ [κειν σφισι] R. 31. σφετέραν AR. αὐτῶν S : χώραν R. 32. ἠδικῆσθαί SR. δοκεῖ βέλτιστον S: δοκεῖ χρήσιμον A, ἂν δοκεῖ ἄξιον R. 33. ἀπαγγείλωσι S : ἀπαντήσωσι R. Περδίκκᾳ οἱ S : Περδίκου οἵ τε R. Μεγιστίου S : . . ΕΙΣΤΙΟ L, . . ΙΙΙΣΤΙΟ (Θεμιστίου) R. 34. οἰχόμενοι SR . cf. Thucyd. 2, 65 extr. 6, 91. 7, 7. 12. 32. ὅ τι δὲ δεῖ τῇσι πόλεσι S : . . . ΑΕ . . ΕΣΙΠΟΙΠ . . A, . . . ΙΔΓ . . . ΕΣΙΠΟΛΕ . . L, . . . ΙΔΕ . . . ΤΣΙΠΟΙΠ . . (εἰ δὲ δεῖ ναυσὶ βοηθεῖν) R. Quod illis contionibus tractari vellent, ita comparatum fuerit necesse est, ut diu deliberandum esset: multo igitur aptius videtur de iis quae multae urbes peterent cogitare, quam de una aliqua expeditione navali. 35. ἕδρας εὐθὺς S : ἐπισκευὰς AR. cf. Polluc. 8 §. 145 : βουλῆς ἦν ἕδρα. Andocid. 1 §. 111 : ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. Quomodo vel populus vel senatus eo quod in navalibus reparandum aliquid esset impediri potuerit, quo minus ad contionem vel vocaretur vel vocaret, non intelligo. 36. ποιήσαντας S : ποιήσαντες ARL . de prytanibus cogitandum esse facile intelligitur. τὰς ἐκκλησίας, ἕως ἂν διαπραχθῇ AS : Τ . . . . . . ΙΣ . . ΕΚΟΣΑΝΔΙ . . . ΑΧΟ . Ι L, τοῦτο · ὁ πλοῦς δ' ἕως ἂν διαπραχθῇ R . quod ne probemus et verba et sententia obstant. 37. δὲ προχρηματίσαι πρᾶγμα μηδέν S : ἄλλο δὲ προχρηματίσαι πρὸ τούτου μηδὲν A, ἄλλο μὴ προχρηματίσαι κοινὸν μηδὲν R. μή τι SR : μή του L. cf. Thucyd. 8, 33. 37.



ἐ]κκλησίαν ποιήσαντ[α]ς, συν[ε]χῶς δὲ ποιεῖν τ[ὰς ἐκ|κλη]σ[ία]ς, ἕως ἂν δι[απρ]αχθῇ. ἄλλο [δ]ὲ προχρημα[τίσαι|πρᾶγμα] μηδέν, ἐὰν μή τ[ι] οἱ στρατηγοὶ δέωντα[ι.

Ἔδο|ξεν τῇ] βουλῇ καὶ τῷ δήμ[ῳ] · Κεκ[ρ]οπὶς ἐπρυ[τάνευε, . . . . . . . ης ἐγραμμάτευε, [Ἱ]εροκλείδης ἐ[πεστάτει, . . . . . . . . . εἶπε · ἐπειδὴ τ . . . . . versus sexagesimi nihil nisi duae literae . . εν . . supersunt.

Haec explicaturi primum de tempore quaerendum esse intelligimus, ad quod populiscita pertineant, et quando in hoc lapide inscripta esse videantur. Atque scitis ipsis accurate perlectis perspicimus Perdiccam eo tempore non hostem fuisse Atheniensium, neque enim cum hoste aperto ita agere potuissent, sed non satis certum visum esse socium: v. 18 γνώμας ἀγαθὰς ἕξουσι περὶ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, ἐὰν —. Societate vero cum Atheniensibus Perdiccas iunctus erat usque ad a. 433 (Thuc. 1, 57), deinde per paucos menses a. 432 (Thuc. 1, 61), deinde ab aestate a. 431 usque ad aestatem a. 424 (Thuc. 2, 29. 4, 82), denuo ab initio fere auctumni a. 423 usque ad hiemem a. 417/6 (Thuc. 4, 128 extr. et 132. 5, 83), denique aestate a. 414 (Thuc. 7, 9). Haec brevissime monuisse sufficit, cum M. Meier l. d. p. 251 sqq., G. Vischer l. d. p. 17 sqq., A. Schoellius l. d. p. 77 sqq., O. Abelius l. d. p. 173 sqq. accurate et copiose omnia enarraverint. Neque vero ante aestatem a. 431 ea ad quae haec plebiscita pertinent acta esse possunt, cum a. 433 Athenienses ipsi Philippo Perdiccae fratre adiuto inimicitiarum auctores fuerint, neque illo tempore de exercitu, qui Potidaeae esset, commemorari potuisset, si versum undetricesimum recte redintegravi. De a. 432 quominus cogitemus et brevitas temporis et Potidaeae commemoratio prohibent. Restat igitur ut aut annis 429—424 aut post auctumnum a. 423 haec acta esse existimemus. Nam postquam vere a. 429 Potidaea Athenienses potiti sunt colonisque permiserunt, haec urbs iis sedes belli et propugnaculum illis regionibus erat. Neque vero traditum invenimus quinque prioribus annis (429—424) multa in Chalcidice finitimisque regionibus gesta esse, cum de expeditione magna ut cogitemus ea iubeant, quae v. 34 sqq. recte videmur restituisse. Pervenimus ad a. 423, cui omnia optime convenire iam A. Schoellius et A. R. Rangabes intellexerunt. Neque tamen omnia satis accurate exposuerunt. Schoellium enim minus recte de anno belli octavo (424/3), antequam Perdiccas cum Atheniensibus in gratiam rediit, cogitavisse ex eo intelligitur, quod hostem Perdiccam quo primum plebiscitum factum est tempore esse non potuisse supra monui. Rangabes vero, quanquam hiemem anni noni intelligendam esse rectius iudicavit, tamen plebiscita ad diversa tempora pertinere non vidit. Res igitur haec est. Perdiccas cum a. 424 una cum urbibus chalcidicis auxilium a Lacedaemoniis Brasidamque ducem petivisset, ab Atheniensibus hostis iudicatus est (Thuc. 4, 78—82). Sed cum aestate a. 423 expeditione contra Arrhibaeum Lyncestarum regem suscepta discidium inter Brasidam et Perdiccam ortum esset, hic de reconciliatione gratiae cum Nicia, duce Atheniensium, Scionen obsidente, agere coepit (Thuc. 4, 128 extr. 132) et cum sub finem aestatis convenisset iussus a Nicia impedivit, ne novae

Lacedaemoniorum copiae per Thessaliam ad Brasidam proficiscerentur. Paulo ante vero Nicias Methonensium auxilio in Mende expugnanda usus erat (Thuc. 4, 129). Veri simile igitur est Methonenses cum sic de rebus Atheniensium bene meruissent et debitorum remissionem tributique in posterum imminutionem petivisse et rogavisse, ut a Perdiccae iniuriis defenderentur. Atque Athenienses ea decreverunt, quibus et Methonensibus gratificarentur et sibi amicitiam urbis in regionibus infestissimis fidissimae in posterum firmarent et res Perdiccae debiliores redderent. Intelligimus igitur primum plebiscitum hieme a. 423/2 factum esse, nam Perdiccas et Methonenses, nisi inter utrosque convenerit, iubentur proximis Dionysiis, h. e. primo vere anni 422, legatos Athenas mittere. Sed secundum scitum ad aliud tempus pertineat necesse est. Nam cum de iis quae urbibus conducere videantur ut in prytania secunda agatur populus constituerit, h. e. post diem secundum mensis Augusti, a quo a. 422 prytania secunda incepit (cf. Ideleri chronol. 1 p. 384), cogitari non potest hoc populi scitum multo ante finem anni attici, h. e. ante finem mensis Iunii, factum esse. Et cum simpliciter de prytania secunda dicatur, etiam maiorem veri speciem habet hoc scitum ad ipsum initium anni tertii Ol. 89 referendum esse. Ita mihi videor etiam duas legationes, quae ad Perdiccam missae esse dicuntur (v. 33: οἱ μετὰ Μεγιστίου καὶ οἱ μετὰ Λεωγόρου), accuratius indicare posse. Prior Megistia principe missa videtur ea esse, quae in primo scito commemoratur, posteriorem cuius Leogoras princeps fuisse dicitur eam esse puto, de qua Thucydides dixit 5, 6: καὶ πέμψας (Κλέων) ὡς Περδίκκαν πρέσβεις, ὅπως παραγένοιτο στρατιᾷ κατὰ τὸ ξυμμαχικόν, — αὐτὸς ἡσύχαζε. Haec enim ad aestatem a. 422 referenda sunt. Legatos vero priores diutius apud Perdiccam commoratos esse nemo mirabitur, qui acerbitatis meminerit, qua Aristophanes Acharnensibus (v. 65. 136) hanc legatorum consuetudinem irridet. Et quidni homines illos callide a Perdicca retentos esse existimemus? Leogoras vero non dubito quin Andocidis oratoris pater fuerit: nam hic ipse or. 2 §. 11 ait: ὄντος μοι Ἀρχελάου ξένου πατρικοῦ, et in legationes ad reges hospites eorum, in civitates peregrinas proxenos earum mitti solitos esse constat (cf. Meier. de proxenia p. 28 sq.). Tertium denique plebiscitum, cuius prima tantum verba in lapide supersunt, tum demum factum esse coniicio, cum legati illi rediissent, vel ad ea pertinere, quae in secunda illa prytania anni proximi populus decrevit. Quae si recte disputavi, etiam illud facile intelligitur Phaenippum Phrynichi F., qui in secundo versu huius inscriptionis nominatur, distinguendum esse ab eo, qui in formula induciarum, quae vere a. 423 in annum inter Athenienses et Lacedaemonios pactae sunt, apud Thucydidem nominatur (4, 118), certe non de eodem illius hominis munere cogitari posse, quod Schoellius et Rangabes opinati sunt. Cum enim ibi de scriba prytaniae octavae anni *primi* Ol. 89 cogitandum sit, is, qui in lapide commemoratur, ad Ol. 89 annum *tertium* pertinet, neque videtur de scriba prytaniae, sed de scriba senatus, qui decretorum inscribendorum curam habebat, cogitandum esse. Quatuor igitur tempora distinguenda esse apparet ita, ut primum plebiscitum ad hiemem a. 423/2, secundum ad mediam aestatem a. 422, tertium ad finem fere eiusdem



aestatis referamus, denique non multo post Methonaeos curasse existimemus, ut haec decreta, quibus beneficia ab Atheniensibus in se collata essent, in uno lapide coniuncta publice exponerentur.

Beneficia illa primum ad tributorum rationes pertinent. Ac primum quidem cum Diopithes populo optionem dedisset, utrum Methonaeis tributum certum in posterum imperare vellet an decernere, ut Methonaei non penderent in posterum nisi eam partem tributi proximis superioribus Panathenaeis impositi, quae Minervae offerretur, populus hoc posterius Methonaeis tribuit. Quod multo maius erat beneficium, quanquam Diopithem etiam cum prius illud proponeret de imminutione summae, quam Methonaei antea pendere iussi fuerant, cogitavisse apparet. Quanta illa summa fuerit non constat, nam quanquam ea quae A. Boeckhius in libro de oecon. publ. Atheniensium (1 p. 430 sqq.) testimoniis veterum scriptorum diligentissime collectis de tributis sociorum exposuit nuper inventis haud paucis lapidibus lapidumque fragmentis, quae ad rationes tributorum pertinent, et augeri valde et corrigi possunt, tamen casu factum est ut Methonaeorum nomen in illis titulis uno tantum loco compareat, de quo extemplo dicendum erit. Plenissima vero collectio illorum fragmentorum habetur in A. R. Rangabis libro (p. 236—311). Cf. I. Franzius elem. epigr. p. 120 sq. et 128 sq. Quod sciam partem tributorum certam Minervae oblatam esse ex hac primum inscriptione quam tractamus cognoscitur, sed ad eandem rem existimo etiam eum locum pertinere, quo uno Methonaeos in rationibus tributorum commemorari dixi. In Rangabis titulo 224 (vol. 1 p. 252. cf. p. 273) haec leguntur: αἵδε τῶν πόλεων αὐτε ... | τὴν ἀπαρχὴν ἀπηγάγον .. | .... Μ. θωναῖοι | ΗΗΙΙΙΙ.. σωνιοι | Η Δικαιοπολῖται Ἐρετριῶν . quae Rangabis p. 288, αὐτε[πάγγελτοι] legendum esse arbitratus, sic interpretatur, ut ἀπαρχὴ *tributum* sit, quod Methonaei sponte Atheniensibus pependerint. Atque verum quidem est apud Thucydidem illius vocis hanc significationem esse. 6, 20: Συρακοσίοις δὲ καὶ ἀπὸ βαρβάρων τινῶν ἀ π α ρ χ ὴ ἐσφέρεται, neque enim dubitari potest quin ita h. l. legendum sit. Sed in fragmentis illis rationum tributariarum vox quae est φόρος saepissime usurpatur, ἀπαρχὴ non usurpatur, neque verisimile est eandem rem diversis nominibus dictam esse, nam ne apud scriptores quidem, qui de hoc instituto tributorum saepissime commemorarunt, ullum huius vocis vestigium est, cum φόρος solenne vocabulum sit, quo illae pecuniae denominentur. Neque enim nunc de primitiis illis, de quibus Isocrates 4 §. 31 commemorat, agendum est. Contra ἀπαρχὴν ea dici quae diis offerantur sane quam notum est: cf. Isaeus 5 §. 42: ἔτι δ' ἐν ἀκροπόλει ἀπαρχὰς τῶν ὄντων ἀναθέντες πολλοῖς, ὡς ἀπὸ ἰδίας κτήσεως, ἀγάλμασι χαλκοῖς καὶ λιθίνοις κεκοσμήκασι τὸ ἱερόν. Philippus in epistola orationibus demosthenicis inserta §. 21 (p. 164, 21): ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνέστησεν (Alexander Philellen) εἰς Δελφούς. Inscr. in A. Schoellii commentariis supra commemoratis p. 124: Ἑρμόλυκος Διειτρέφους ἀπαρχήν. Κρησίλας ἐποίησεν. Puto igitur etiam illa verba τὴν ἀπαρχὴν ἀπηγάγοντο ita intelligenda, ut Methonaei dicantur donum numini alicui obtulisse, atque hoc ad illud ipsum referendum esse, quod a. 422 Methonaeos iussos esse vidimus in posterum pendere

ὅσον τῇ θεῷ ἀπὸ τοῦ φόρου ἐγίγνετο, ὃν τοῖς προτέροις Παναθηναίοις ἐτετάχατο φέρειν. Quae igitur pars tributi erat ab Atheniensibus impositi, eam hic videmus blando nomine donum dici, a Methonaeis Minervae oblatum. Quod vero Rangabes posuit αὐτεπάγγελτοι ferri non potest, quanquam quid substituendum sit non perspicio: nam quod aptissimum foret Ἀθηναίᾳ, id cum vestigiis literarum quae in lapide Rangabes exstare tradidit parum convenit. — Hoc igitur primum beneficium ab Atheniensibus in Methonaeos collatum est, ut in posterum non tributum penderent, sed quotannis certam summam Minervae offerrent. Cum vero Methonaei tributa quae ante hoc tempus imposita fuerant tantum ex parte solvissent, debita iis Athenienses non remiserunt, sed onus alio modo levius reddiderunt. Hoc enim iis ab Atheniensibus permissum est, ut commodo suo dies constituerent, quibus ratas partes debitorum numerarent. Hoc illud est quod v. 7 sqq. scribitur: τῶν δὲ ὀφειλημάτων — ἐπιτρέπειν τάξιν περὶ τῆς πράξεως Ἀθηναίους. *quod ad debita attinet, Athenienses Methonaeis permittunt, ut exactionis modum et ordinem constituant.* Demosth. or. 24 §. 46: ἄλλος οὗτος νόμος οὐκ ἐῶν περὶ τῶν ἀτίμων οὐδὲ τῶν ὀφειλόντων λέγειν οὐδὲ χρηματίζειν περὶ ἀφέσεως τῶν ὀφλημάτων οὐδὲ τάξεως, ἐὰν μὴ τῆς ἀδείας δοθείσης. quae imitatus est grammaticus, qui legem confinxit §. 45 adscriptam. Argum. orat. [demosth.] 25 p. 768 Rsk. (p. 739 a 23 turic.): ὑπὲρ τούτων τῶν χρημάτων ἀπογράφει τι εἰς τὸ δημόσιον χωρίον ἑαυτοῦ καὶ τὸ χωρίον τοῦτο Εὔνομος ὠνεῖται ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τάξιν αἰτησάμενος τοῦ ὀφλήματος, ὥστε ἐν δέκα ἔτεσιν ἐκτῖσαι τὸ σύμπαν, καθ' ἕκαστον ἔτος τιθεὶς τὸ ἐπιβάλλον μέρος. Hesychius: τάξις· ἡ ἐπὶ ὀφειλομένοις χρήμασι καταβολή. [Demosth.] or. 58 §. 17: ὡς οὖν καὶ παρ' αὐτοῦ Θεοκρίνου ὁμολογεῖται τοῦτ' εἶναι τὸ ὄφλημα καὶ κατετάξατο τοῖς φυλέταις ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ —. Thucyd. 3, 70: ὀφλόντων δὲ αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων διὰ πλῆθος τῆς ζημίας, ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν, ὁ Πειθίας — πείθει ὥστε τῷ νόμῳ χρήσασθαι. quorum locorum partim iam I. Taylorus (appar. demosth. Schaefer. 4 p. 202) collegit. Cum igitur verba, quae sunt τάξις, τάξασθαι, κατατάξασθαι, de compositione, quae inter debitorem et creditorem de summa debita non statim universa, sed certis diebus per ratas partes numeranda facta est, usurpari videamus, etiam quae in titulis illis tributariis leguntur, 181 (p. 246): πόλεις αὗται φόρον ταξάμεναι et 186 (p. 247): πόλεις αὗται ταξάμεναι (coll. 188 p. 218), in eundem modum videntur explicanda esse. Nam quanquam etiam de ea consuetudine aliquis cogitare possit, qua φόρον τάξασθαι eae urbes dicuntur, quae quantum tributum pendere velint ipsae sibi definiunt (cf. P. Wesseling. ad Herodot. 3, 97), tamen illud praeferendum esse demonstrari potest. Inter urbes illas ταξαμένας Pharbelii referuntur et octo drachmas duos obolos numeravisse dicuntur. Sed iidem Pharbelii multis annis ante (134 p. 254 et 156 p. 259) voce illa quae est ταξάμεναι non addita sedecim drachmas et quatuor obolos numeravisse dicuntur, semel (181 p. 264) ΔΠϜIIII Φαρβήλιοι ἄτακ[τοι scriptum est. Haec ita tantum videntur explicari posse, ut Pharbelii modo diebus pactis duabus octonas drachmas binosque obolos, modo una pensione sedecim drachmas et quatuor obolos numeravisse putentur. Quae si recte disputavi, ἄτακτοι ii sunt qui cum ple-



rumque dies numerandi per portiones tributi pepigissent aliquando hoc non fecerunt, quanquam difficultatem residere fateor in iis quae tit. 192 (p. 265) leguntur: ἄτακτος πόλις.

Sed veniamus ad alia. Quod v. 6 et 20 scriptum est ὃν τοῖς προτέροις Παναθηναίοις ἐτετάχατο φέρειν, id videtur comprobare illis temporibus quinto quoque anno de magnitudine tributorum Athenis deliberatum esse neque ad alia tempora pertinere quae in Xenophontis illo libello de re publica Atheniensium (c. 3 §. 5) scripta sunt: τὸ δὲ μέγιστον εἴρηται πλὴν αἱ τάξεις τοῦ φόρου· τοῦτο δὲ γίγνεται ὡς τὰ πολλὰ δι' ἔτους πέμπτου. Atque hoc iam M. Meierus intellexit comment. andocid. 5 p. 19, sed diebus festis Panathenaeorum de his rebus deliberatum esse adhuc incognitum fuit. Quodsi recte supra statuimus hoc plebiscitum anni Ol. 89, 2 hieme, extremo fere anno 423 a. Chr. n., factum esse, apparet hic Panathenaea a. 426 (Ol. 88, 3) intelligenda esse.

Novum etiam illud est, quod v. 11 sq. scriptum est, ut legati mittantur plus quinquaginta annos nati: neque enim Diopithes videtur hoc uno tempore illud rogasse, sed morem Atheniensium secutus esse. Quocum M. Meierus (de diaetetis Ath. p. 11) bene comparavit et aetatem legitimam ephetarum (cf. Hermanni antiqu. publ. Gr. §. 103, 12) et veterem illam legem, ex qua in contionibus Atheniensium primum ii cives verba facere a praecone iussi sunt, qui plus quinquaginta annos nati essent (cf. Schoemann. de comit. p. 105. antiquit. publ. Graec. p. 223).

Veniamus ad alterum plebiscitum. Ac primum quidem valde dolendum est numerum medimnorum, quos ex Hellesponto petendi Methonaei veniam impetrant, incertum esse, sed multa tamen sunt, quibus cognitio antiquitatis atticae per hunc lapidem augetur. Atque illud quidem pridem notum erat et Athenienses et reliquos Graecos magnam frumenti vim ex Ponto advexisse (cf. quae de re frumentaria Atheniensium praeclare A. Boeckhius exposuit de oecon. publ. Ath. 1 p. 84 sqq.), sed et illud novum est Athenienses peloponnesiaci temporibus belli Hellespontum ita clausum tenuisse, ut nisi quibus ipsi veniam dedissent frumentum nemini exportare liceret, et Byzantium emporium frumentarium fuisse nunc demum certo cognoscimus. Quanquam quanti illa urbs ad hanc rem momenti fuisset iam ex Demosthenis or. 18 §. 87 colligere poteramus: ὁρῶν δ' (Philippus) ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθ' ἐπεισάκτῳ. βουλόμενος τῆς σιτοπομπίας κύριος γενέσθαι — Βυζαντίους — ἐπολιόρκει. cf. or. 20 §. 60 et qui quam opportuno loco Byzantium situm fuerit accurate exposuit Polybius 4, 44. Sed quinam sunt illi custodes Hellesponti? Hic quidem cogitari non potest de iis magistratibus, quos ab Harpocratione commemorari videmus p. 83, 2: πολλῷ γὰρ κάλλιον κατά γε τὴν τοῦ ὀνόματος θέσιν ὡς οἱ Λάκωνες, ἁρμοστὰς φάσκοντες εἰς τὰς πόλεις πέμπειν, οὐκ ἐπισκόπους οὐδὲ φύλακας ὡς Ἀθηναῖοι. ut Thucydides Euclem Amphipolis urbis dicit custodem fuisse, Cononem Naupacti (4, 104 et 7, 31). Sed de ea consuetudine Atheniensium cogitandum est, qua sicubi angustiae maris essent in urbe opportune sita ducem cum classe stationem habere voluerunt, qui fretum obsideret et naves hostiles prohiberet. Sic Naupacti classis erat, quae mare corinthium custodiret: cf. Thu-

cyd. 2, 69. 80. 4, 49. 7, 17. 19 extr. 7, 34. Similis statio in insula Salamine erat (Thuc. 2, 93) et in Atalante insula (Thuc. 2, 32. 3, 89), illa ut sinum megaricum, haec ut Euripum obsessum teneret. Sic Nicias ex Sicilia naves Rhegium mittit, quae ne Syracusanis auxilia ex Peloponneso mitterentur impedirent: Thuc. 7, 1 et 4 extr. et 7 init. Sic Hippocles circa Leucadiam insulam speculabatur, ne Siculorum naves Lacedaemoniis auxilio venirent: Thuc. 8, 13. Similiter in inscriptione attica ab E. Curtio repetita (inscript. att. duodecim. Berol. 1843 p. 27) scriptum est: Ἑρμ]ότιμος — κατασταθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Εὐρίπου φυλακήν. Eodem modo, ut Hellespontum in potestate sua tenerent, Abydi statio videtur fuisse et cum haec urbs ad Lacedaemonios defecisset Sesti classis attica erat, quae Hellespontum custodiret. Thucydides 8, 62: καὶ ὡς οὔτε προσεχώρουν (Abydeni) οὔτε προσβάλλων ἐδύνατο ἑλεῖν, ἐς τὸ ἀντιπέρας τῆς Ἀβύδου ἀποπλεύσας Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονήσου — καθίστατο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου. quae ad Strombichidem, ducem Atheniensium, pertinent annique 411 a. Chr. n. aestatem. Eadem aestate Thrasybulus et Thrasylus custodes in Hellespontum mittunt: νεῶν βοήθειαν καὶ φυλακὴν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πέμπουσιν: Thuc. 8, 80. cf. 8, 102. 107. Xenoph. Hell. 1. 1, 7. Idem 1. 1, 36 haec scripsit: καὶ αὐτοῦ (Clearchi Lacedaemonii) τῶν νεῶν τρεῖς ἀπόλλυνται ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν ἐννέα νεῶν, αἳ ἀεὶ ἐνταῦθα τὰ πλοῖα διεφύλαττον. Denique huc pertinet, quod de simili Bospori custodia Xenophon Hell. 1. 1, 22 narrat: ἐντεῦθεν δὲ ἀφικόμενοι τῆς Χαλκηδονίας ἐς Χρυσόπολιν ἐτείχισαν αὐτὴν καὶ δεκατευτήριον κατεσκεύασαν ἐν αὐτῇ· καὶ τὴν δεκάτην ἐξελέγοντο τῶν ἐκ τοῦ Πόντου πλοίων καὶ φυλακὴν ἐγκαταλιπόντες καὶ στρατηγὼ δύο, Θηραμένην καὶ Εὔβουλον, τοῦ τε χωρίου ἐπιμελεῖσθαι καὶ τῶν ἐκπλεόντων πλοίων καὶ εἴ τι ἄλλο δύναιντο βλάπτειν τοὺς πολεμίους. Intelligendum est itaque, custodes Hellesponti in inscriptione, quam tractamus, commemoratos duces navium esse, qui in urbe aliqua Hellesponti, fortasse Abydi, stationem haberent, ut fretum illud Atheniensibus gravissimum custodirent. His ducibus ii, qui frumentum Byzantio Methonen vehendum in naves imposuissent, scripto indicare debebant, quantam vim frumenti exportarent, ne numerus modiorum Methonensibus concessorum migraretur. Quae sequuntur ἢ εὐθυνέσθων μυρίαισι δραχμαῖσιν ἕκαστος, apparet non posse referri nisi ad duces illos stationis, quanquam magnitudinem multae iure mireris. Obscura vero sunt etiam quae deinde scripta sunt: ἀζήμιος δὲ ἔστω καὶ ἡ ναῦς ἡ ἐξάγουσα. Atque mihi quidem ita tantum videntur explicari posse, ut etiam aliis quam Methonensibus ipsis licuisse existimemus frumentum Methonen exportare, dummodo Methonensium illud esse probarent. — Restat ut de iis dicam, quae inde a v. 34 leguntur. Notum est senatum quingentorum Athenis summam rei navalis curam habuisse (vid. A. Boeckh. de re navali Ath. p. 63). Quare et hoc verisimile est eos paulo post muneris annui initium de omnibus rebus quae ad naves pertinerent accuratissime quaesivisse et deliberasse, et illud rei accommodatissimum videtur esse, ut senatum de his rebus deliberaturum in Piraeum descendisse et in navalibus consedisse existimemus. Iam cum primam prytaniam legum censurae potissimum destinatam fuisse sciamus (cf. Schoem. de comit.



Ath. p. 251 sqq.), facile fieri potuit, ut in secunda demum prytania rei navalis tractatio locum haberet. Ita nihil in his videtur relictum esse, quod dubitationem iniiciat. Nam incerta quidem esse concedo, quae v. 34 addidi ὅ τι δὲ δεῖ τῆσι πόλεσι, neque tamen quidquam excogitare potui quod magis conveniret cum rei tum his spatii angustiis. Ne quis vero dubitet quin ita dici potuerit, meminerit exemplorum, quae A. Matthiae gr. gr. §. 391, 2 collegit, quibus collatis hoc quoque apparebit pro eo quod est ὅ τι etiam ὅ του scribi potuisse. Multa vero fuisse, quae ad rationes earum urbium, quae in fide Atheniensium manserant, tuendas deliberanda et ordinanda essent, facile apparet. Quod supra mirabar, in voce τῆσι modo η, modo ῃ scribi, id in titulis eiusdem fere temporis saepius inveniri A. Boeckhius docuit corp. inscr. 1 p. 109. Vocabulum vero προχρηματίσαι adhuc incognitum erat.

Denique de ultimis psephismatis secundi verbis videndum est: ἐὰν μή τι οἱ στρατηγοὶ δέωνται. In ea enim sunt fere homines docti opinione, ut strategos putent potestatem habuisse populum ad contionem convocandi (cf. Schoem. de com. p. 61 sq. antiqu. publ. iuris Graec. p. 220. Hermann. antiqu. publ. Gr. §. 128, 6. 153, 9). Quod si statuimus, fieri non potuit quin ordo rerum publicarum magnopere turbaretur. Suo iure igitur G. Droysenius in commentatione de legibus et psephismatis Demosthenis orationi de corona additis p. 104 (in Zimmerm. diurn. antiqu. stud. 1839 p. 800) negavit alio modo a strategis contionem convocari potuisse, quam ut prytanes adirent ab iisque ut contio indiceretur peterent. Haec sententia et loco Thucydidis 4, 118 extr.: ἐκκλησίαν δὲ ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πρυτάνεις — commendatur et huius inscriptionis testimonio certissime confirmatur.

## 2. Inscriptio olynthiaca.

Fragmentum tabulae marmoreae corona ornatae, octo pollices altum, septem et dimidiatum latum, dimidiatum crassum, in ruderibus veteris Olynthi inventum est a Milanovico, Thessalonicensi, viro nobilissimo, proxeno publico Austriacorum, qui a. 1844 Vindobonam transferendum curavit. Utrumque latus inscriptum est. Primus publicavit J. Arneth, in libro cuius hic titulus est: Beschreibung der zum K. K. Münz- und Antiken-Kabinette gehörigen Statuen, Büsten, Reliefs, Inschriften, Mosaiken. 40 pp. 8. Ex quo libro Vindobonae a. 1845 edito, quem ipse non vidi, Fr. Wieseler repeti iussit in diurnis acad. gotting. 1847 p. 22 sq. Haud pauca videntur parum recte vel lecta vel descripta esse. A = Arneth, W = Wieseler, S = Sauppius.

Συνθῆκαι πρὸς Ἀμύνταν τὸν Ἐρριδαίο[υ]. | Συνθῆκαι Ἀμύντᾳ τῷ Ἐρριδαίου | καὶ Χαλκιδεῦσι, συμμάχους εἶν[αι] | ἀλλήλοισι κατὰ πάντας ἀνθρώπους | ἔτεα πεντή[κοντα.

---

2. εἶναι S. 3. ἐάν τις S. ἔστω ὁμοίως ἐμ πολέμῳ S. καὶ add. S. Χαλκιδέας καὶ ἐὰν ἐπὶ S. item ea quae

ἐάν τι]ς ἐπ' Ἀμύν|ταν ἴῃ, ἔστ[ω ὁμοίως ἐμ π]ολέμῳ [καὶ] | ἐπὶ Χαλ[κιδέας, καὶ ἐὰν ἐπὶ] Χαλκιδέ | [ας ἴῃ, καὶ ἐπ'] Ἀμ[ύνταν ἐμ πολέμῳ ἔστω]. . .

In altero latere haec scripta sunt: ἐ[ξ]αγωγὴ δ[ὲ] ἔστω καὶ πίσσης καὶ ξύλων, | [ο]ἰκοδομιστηρίων πάντων, ναυπηγη | [σ]ίμων δὲ πλὴν ἐλατίνων, ὅ τι ἂμ μὴ τὸ | κοινὸν δέηται, τ[ὸ] δὲ κοι[ὸν] καὶ τούτων [ἔχ]|ειν ἐξαγωγήν, εἰπόντας Ἀμύντᾳ πρὶν ἐξ|άγειν, τελέοντας τὰ τέλεα τὰ γεγραμμέν[α]. | καὶ τῶν ἄλλων ἐξαγωγήν τε εἶν[αι] καὶ δι | αγωγὴν τελέουσι τέλεα καὶ Χαλκιδε[ῦ] | σι ἐγ Μακεδονίης καὶ Μακεδόσιν ἐ[κ] | Χαλκιδέων. Πρὸς Ἀμφιπολίτας, Βοτ[τι] | αίους, Ἀκανθίους, Μενδαίους μὴ [ποιεῖ|σθ]αι φιλίην Ἀμύνταμ μηδὲ Χαλκιδ[έας | χωρὶς] ἑκατέρους, ἀλλὰ μετὰ μιᾶ[ς γνώ | μης, ἐὰν ἀ]μφοτέροις δοκῇ, κοιν[ῶς σπεί|σασθαι πρὸς ἐκεί]νους. Ὅρκος συμμ[αχίας· Ἐμμε | νῶ τῇ συμμαχίᾳ κατὰ τὰ συγκεί]μενα Χαλκι[δεῦσι | πρὸς Ἀμ]ύνταν . . . . . . . | . . . . . . . . . Χαλ . . . . . . . . . .

Fr. Wieseler hanc inscriptionem aut ad id tempus pertinere existimat, quo Amyntan Olynthiis partem terrae macedonicae permisisse Diodorus **14**, **92** et **15**, **19** tradidit, aut ad tempora inter Ol. **100**, **1** et **105**, **1**. Sed quid hac posteriore coniectura sibi voluerit non intelligo, cum Amyntan a. **370** h. e. Ol. **102**, **3** mortuum esse constet. Atque multa quidem in rebus Amyntae obscurissima sunt, sed hoc apparet Amyntan non potuisse de foedere cum Olynthiis pangendo cogitare nisi primo imperii anno, hoc est a. **394/3**. Nam a. **393** regno pulsus est et, postquam hoc recuperavit, bellum cum Olynthiis gerere coactus fuit neque unquam cum iis videtur in gratiam rediisse. Cf. O. Abelius l. d. p. **205** sqq. et C. G. Boehneckius quaestt. orator. **1** p. **135** sqq. Ac si quis Olynthiis a Lacedaemoniis devictis amicitiam etiam inter illos et Amyntan reconciliatam esse coniiciat, ne ad hoc tempus inscriptionem referamus, Amphipolitanorum et Mendaeorum commemoratio impedit: neque enim tum has urbes inimicitias cum Olynthiis exercuisse cogitari potest. — Non opus est multis gravitatem et utilitatem huius inscriptionis commendari, sed de patre Amyntae pauca monenda sunt. Cui cum Iustinus **7**, **4** et Aelianus V. H. **12**, **43** *Menelao*, Diodorus **15**, **60** *Tharraleo*, Dexippus p. **500** Ddf. *Aridaeo* nomen fuisse dicant, hoc lapide primum de vero nomine edocemur. Ac Iustinus quidem et Aelianus vel eorum auctores Amyntan alium, quos in gente regia Macedonum permultos fuisse constat, cum hoc videntur commutasse, *Aridaeum* vero, *Erridaeum*, et *Arradeum* nihil nisi diversas eiusdem nominis formas fuisse dixerim. Nam hoc nomen quod est Arradeus apud Diodorum puto restituendum esse, ut legatur: Ἀμύντας μὲν ὁ Ἀ ρ ρ α δ έ ο υ βασιλεύων τῆς Μακεδονίας ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη εἴκοσι καὶ τέτταρα. cum nunc scribatur Ἀμύντας μὲν Θαρραλέου. Sic cui scriptores nomen *Arrhibaeo* fuisse narrant, regi Lyncestarum, eum titulus Rangabis **251** v. **9** et **10** etiam *Arrabaeum* nominatum esse testatur.

sequuntur. 5. ἐξαγωγὴ W: εἰσαγωγὴ A. δὲ S: δ A. 7. τὸ δὲ κοινὸν S: τῷ δὲ κοινῷ A. ἔχειν S: δεειν A, in lapide . . . ειν esse testatur W. 8. τὰ τέλεα in lapide esse dicit W: τέλεα A. τε εἶναι S: δεειν A. 9. ἐγ S: εκγ A. Μακεδονίης S: Μακηδονιης A. Μακεδόσιν in lapide esse testatur W: Μακηδοσιν A. 10. ποιεῖσθαι S: Γ . . . ΑΙ A. Χαλκιδέας χωρὶς S. item ea quae deinde uncis circumscripta sunt. De iureiurando hic addito cf. Thucyd. **5**, **18** et **47** et Rangabis tit. **253**.



Eiusdem *Erridaei* vel *Arridaei* nomen etiam apud Aristotelem Polit. **5**, **10** p. **1311** b **13** Bk. excidisse coniicio. Quae enim nunc leguntur: (Archelaus) τῶν θυγατέρων οὐδεμίαν ἔδωκεν ὁμολογήσας αὐτῷ (Crateuae amasio), ἀλλὰ τὴν μὲν προτέραν κατεχόμενος ὑπὸ πολέμου πρὸς Σίρραν καὶ Ἀρραβαῖον ἔδωκε τῷ βασιλεῖ τῷ τῆς Ἐλιμείας, τὴν δὲ νεωτέραν τῷ υἱεῖ Ἀμύντᾳ, οἰόμενος οὕτως ἂν ἐκεῖνον ἥκιστα διαφέρεσθαι καὶ τὸν ἐκ τῆς Κλεοπάτρας, ea apparet non posse aliter intelligi quam ut Amyntan aut regis Elimeorum aut Archelai ipsius filium fuisse putemus. Quorum cum neutrum ferri posse O. Abelius l. d. p. **195** sq. recte intellexisset, υἱεῖ ad eum, qui antea nominatur, Arrabaeum referri voluit, hunc enim Arrabaeum eundem esse, qui ab aliis Arridaeus nominetur. Sed Sirrae et Arrabaei commemoratio ad filiam natu maiorem pertinet neque dubito quin Sirras Elimeorum, Lyncestarum Arrabaeus rex fuerit; bellum igitur ab his regulis sibi illatum ita composuit, ut Sirrae filiam in matrimonium daret. Cui minorem dederit et cur dederit, iis explicatur, quae sequuntur. Amyntan enim Cleopatrae, Perdiccae II viduae, filium fuisse coniicio, ita ut eam antequam Perdiccae nuberet Erridaei uxorem fuisse putem. Ne igitur Amyntas a Cleopatra matre instigatus caedem fratris uterini, quem septuennem Archelaus interemerat (Plat. Gorg. p. **470** E), ulcisceretur, Archelaus ei filiam natu minorem collocavit. Aristotelem igitur τῷ [Ἐρριδαίου] υἱεῖ scripsisse puto, in iis vero quae sequuntur ἐκεῖνον ad Sirram, τὸν ἐκ τῆς Κλεοπάτρας ad Amyntan referendum esse. Ita quid Archelaus in utraque filia collocanda secutus esset Aristoteles accurate indicavit.

## 3. Inscriptio Arybbae.

E. Curtius inter *Inscriptiones atticas nuper repertas duodecim* Berolini **1843** p. **12** sqq. duos titulos edidit, a Pittaki Graeco in ephemeridis archaeologicae fol. **401** et **415** primum publicatos, quorum posteriorem etiam A. Schoellius in commentariis de itinere graeco C. O. Mülleri **1** p. **87** repetiverat. Sed utrumque titulum fragmenta unius eiusdemque inscriptionis esse ego docui in diurnis literariis ienensibus, a. **1845** p. **238** sqq. Hic vero repetivi, ut tota inscriptio uno tenore legi possit, et quia, quae in diurnis illis et similibus scripta sunt, fere a paucis leguntur. Marmor est pentelicum, a. **1840** a Parthenone ad meridiem versus repertum, cuius nunc quadraginta quinque versus supersunt literarum vicenarum singularum. In infimo lapide tres coronae laureae et sub his Victoria alata quadriga vecta exsculptae sunt. A = Adolphus Schoellius, C = Curtius, S = Sauppius.

. . . . . . . ἡ πολιτ]εία ἡ δοθεῖσα [Θαρύπᾳ ποτ]|ὲ τῷ πάππῳ καὶ [αἱ ἄλλαι δ]|ωρεαί, [αἵ] ὑπάρχ[ουσι, καὶ α]|ὐτῷ καὶ τοῖς ἐκγ[όνοις ἀε]|ί εἰσι κύ[ρ]ιαι· ἐπιμε[λεῖσθαι]|δὲ

1. Praecesserint fere haec: ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ὅτι . . . . . . . Quae sequuntur ἡ πολιτεία, Θαρύπᾳ ποτέ, αἱ ἄλλαι δωρεαὶ αἳ ὑπάρχουσι καὶ αὐτῷ add. S. δωρεαί] in lapide est δωρειαί. cf. Boeckh. C. I. 107

'Αρύββου, ἔπως ἂμ μηδὲν ἀ|δικῆται, τὴν βουλὴν τὴν [ἀ]ε|[ὶ] βουλεύουσαν καὶ τοὺς [σ]τ|ρατηγοὺς τοὺς ἀεὶ στρατη|γοῦντας καὶ ἐάν τις ἄλλω|ς που 'Αθηναίων παρατυγχά|νῃ· εἶναι δὲ αὐτῷ πρόσοδο|ν καὶ πρὸς βουλὴν καὶ πρὸς | δῆμον, ὅταν δέηται, καὶ τοὺ|ς πρυτάνεις, οἳ ἂν πρυτανε|ύωσιν, ἐπιμελεῖσθαι ὅπως | ἂν προσόδου τυγχάνῃ · ἀνα|γράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα| τὸγ γραμματέα τῆς βουλῆ|ς ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ κα|ταθεῖναι ἐν ἀκροπόλει, εἰς|δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλ|ης δότω ὁ ταμίας τοῦ δήμου | ΔΔΔ δραχμὰς ἐκ τῶν κατὰ ψη|-φίσματα μεριζομένων τῷ|δήμῳ. καλέσαι δὲ 'Αρύββαν | ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυταν|εῖον ἐς αὔριον, καλέσαι δὲ | καὶ τοὺς μετ' 'Αρ[ύ]ββου ἥκον|τας ἐπὶ ξένια εἰς τὸ πρυτα|νεῖον ἐς αὔριον. [χ]ρη[ματί]|σαι δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὧ|ν 'Αρύββας λέγει . τὰ μὲν ἄλλ|α καθάπερ τῇ βουλῇ ἔ[δοξ|ε ε]ἰς 'Αρύββα[ν· ἐὰν δὲ αὐτ]ό[ν | τις ἀποκ[τ]είνῃ ἢ [τ]ῶν π[αίδ|ων] τινὰ τῶν 'Αρύββου, [εἶνα|ι τ]ὰς αὐτὰς τιμω[ρ]ίας, αἵ[περ| κ]αὶ ὑπὲ[ρ τ]ῶν ἄλλων εἰσ[ὶν] | 'Αθηναίων · ἐπιμελεῖσθ[αι δ]|ὲ καὶ [τ]οὺ[ς] στρατηγοὺ[ς, οἳ ἂ]|ν στρατηγ[ῶ]σι, ὅπως ἂ[ν αὐτὸ]|ς καὶ οἱ π[α]ῖδες αὐτοῦ [κομί]|σωνται τὴν ἀρχὴν [τ]ὴ[ν πατρ]|ῴαν.

De rebus, ad quas haec inscriptio pertinet, cum copiosius in diurnis academiae ienensis exposuerim, hic breviter explicabo, ita ut quaedam quae illo loco iam minus recte disputata esse videantur corrigam. Neoptolemus et Arybbas, filii Alcetae, regis Molossorum, post patris mortem primum regiam potestatem communiter habuerunt, deinde discidio orto regnum inter se partiti sunt, neque postea concordia eorum turbata est: Pausan. 1. 11, 3. Neoptolemo vero immatura morte oppresso Arybbas tutor liberorum, Olympiadis et Alexandri, fuit: Iustin. 7, 6. Iam cum Philippus, Macedonum rex, Olympiadem a. 357 in matrimonium duxerit, efficitur, ut quod Diodorus 16, 72 narrat Arybbam a. 342 post decem annorum imperium obiisse ita interpretari non possimus, ut Arybbam a. 352 demum regiam dignitatem adeptum esse existimemus. Intelligimus Alcetam non multo post a. 370 mortuum esse posse. Quod vero Diodorus decem ei annos tribuit, hoc ita explicamus. Alexandrum, Neoptolemi filium, a Philippo in Macedoniam arcessitum et ad bellum Arybbae inferendum incitatum esse, Iustinus 7, 6 et 8, 6 narrat. Iam cum Demosthenes or. 1 §. 13 Philippum nuper Arybbam, Molossorum regem, bello petivisse dicat, coniicio Arybbam a. 352 a Philippo coactum esse Alexandro fratris filio non tantum eam regni portionem, quam Neoptolemus habuerat, tradere, sed etiam suorum ipsius finium partem cedere. Ab hoc igitur anno regnum illud decem annorum computatum esse puto. Atque ad hoc ipsum tempus, quo Arybbas parte imperii sui a Philippo privatus est, etiam hanc inscriptionem referendam esse existimo. Cum enim Arybbas se Athenas contulisset et auxilium civium suorum implorasset, duces Atheniensium iussi

---

v. 37. 2. ἐκγόνοις ἀεί C. κύριαι S : ΚΤΙΙΑΙ Pittakis, κοιναὶ C. ἐπιμελεῖσθαι C. 3. ἀεὶ C. 11. χρηματίσαι C. 12. ἔδοξε εἰς C. ἐὰν δὲ αὐτόν τις S. inde a τείνῃ alterum inscriptionis fragmentum incipit. 13. παίδων C. εἶναι S : ΕΓΙ . . lapis, ἐπὶ δὲ C. αἵπερ καὶ C. 14. εἰσὶν C. ἐπιμελεῖσθαι A. στρατηγοὺς οἳ ἂν C. 15. ἂν αὐτὸς C. κομίσωνται S. τὴν πατρῴαν A : . ΗΣ . . . . ΩΙΑΝ lapis.



sunt curare, ut Arybbas et filii quantum a patre Alceta hereditate acceperant recuperarent. Neque enim videtur v. 15 quidquam aliud quam [κομί]σωνται posse suppleri, cum quod ipse prius ponendum esse putabam ἐκσώσωνται a communi dicendi consuetudine nimis alienum sit. Atque fortasse quod Iustinus ll. dd. Arybbam a Philippo regno pulsum esse tradidit, etiam ita explicari potest, ut eum aliquando imperio paterno prorsus exutum esse, deinde Atheniensibus adiuvantibus partem finium recuperasse existimemus. Philippum vero perpetuo animum ad illas regiones attendisse et illud ostendit, quod Hegesippus or. de Halonneso §. 32 narrat tres urbes Cassopiae Alexandro a Philippo a. 344/3 traditas esse et quod Diodorus 16, 72 post Arybbae mortem a. 342 Alexandrum omnis Molossidis imperium occupasse tradidit. Ita etiam haec inscriptio ad historiam Macedonum illustrandam aliquid conferre visa est. Quae vero inde a v. 12 scripta sunt, similia sunt iis, quae Demosthenes ab Aristocrate in Charidemi, ab aliis in aliorum honorem rogata esse tradidit. Or. 23 §. 89 dicit in plebiscitis eius generis haec plerumque scripta esse: ἔστω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡ αὐτὴ τιμωρία, καθάπερ ἂν τὸν 'Αθηναῖον ἀποκτείνῃ. et conqueritur, quod ei qui Charidemum occidisset non eodem modo poenas legitimas Aristocrates intenderit, sed extraordinarias minitando et auctoritati legum et splendori honorum aliis de Atheniensibus bene meritis hominibus decretorum detraxerit. cf. §. 220: εἰ δὲ τὸ τῆς αἰτίας ὄνομα αὐτὸ γράψας ἄν τις ἀποκτείνῃ καὶ ὑπερβὰς τὸ καὶ ἁλῷ φόνου καὶ τὸ δόξῃ ἀπεκτονέναι καὶ τὸ δίκας ὑπεχέτω τοῦ φόνου καὶ τὸ τὰς τιμωρίας εἶναι κατ' αὐτοῦ τὰς αὐτὰς ἅσπερ ἂν τὸν 'Αθηναῖον κτείνῃ, καὶ πάνθ' ὅσα ἐστὶ δίκαια ὑπερβὰς ἀγώγιμον εἶναι γέγραφε, μὴ φενακίζεσθε, ἀλλ' εὖ ἴστε ὅτι πάντων παρανομώτατα εἴρηκεν. adde §. 59. — Restat, ut moneam, quomodo nomina, quae sunt Θαρύπας et 'Αρύββας, scribenda sint, huius primum lapidis testimonio patefactum esse.

## 4. Inscriptio amphipolitana.

Quartam hanc addidi inscriptionem, quanquam in A. Boeckhii corp. inscript. graec. vol. 2 p. 63 legitur, numero bis millesima octava, et in I. Franzii elem. epigr. gr. p. 186, quia in apographo eo, quod Boeckhius et Franzius secuti sunt, versus quartus ν καὶ τὴν γῆν τῶν 'Αμφ prorsus exciderat. Plenius apographum et Cousinerius itin. maced. t. 1. p. 128 et M. Leakius dedit in itinerum per Graeciam septentrionalem factorum vol. 3, tab. XXVI, 125 cf. p. 187. Ex quo apographo quae corrigenda essent quanquam A. Boeckhius in iis quae vol. 2 addidit p. 994 sq. accurate enotavit, tamen quod titulum gravissimum hic repetivi multis spero gratum acceptumque fore. Nam hoc unum extat decretum exilii, deinde hic titulus facit ad illustrandam Demosthenis orationem olynthiacam primam, cuius §. 8 idem Stratocles commemoratur, denique docet hic titulus, Amphipolitanos maximam partem Iones fuisse. Versus sunt viginti quinque, quos praeter ultimum omnes senarum denarum literarum esse Leakii apographum ostendit. Verba haec sunt:

Ἔδοξεν τῷ δήμῳ, Φί|λωνα καὶ Στρατοκλέ|α Φεόγειν Ἀμφίπολι|ν καὶ τὴγ γῆν τῶν Ἀμφ|ιπολιτέων ἀειφυγί|ην, καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς | παῖδας, καὶ ἤμ που ἁλί|σκωνται πάσχειν αὐ|τοὺς ὡς πολεμίους καὶ | νηποινεὶ τεθνάναι|, τὰ δὲ χρήματ' αὐτῶν δ|ημόσια εἶναι, τὸ δ' ἐπ|ιδέκατον ἱρὸν τοῦ Ἀ|πόλλωνος καὶ τοῦ Στρ|υμονός, τοὺς δὲ προστ|άτας ἀναγράψαι αὐτ|οὺς ἐς στήλην λιθίνην|· ἢν δέ τις τὸ ψήφισμα | ἀναψηφίζῃ ἢ καταδ|έχηται τούτους τέχν|ῃ ἢ μηχανῇ ὁτεῳοῦ|ν, τὰ χρήματ' αὐτοῦ δημ|όσια ἔστω καὶ αὐτὸς | Φεογέτω Ἀμφίπολιν | ἀειφυγίην.

**Quod hic v. 1 et v. 6 scriptum est** Φεόγειν **et** Φεογέτω **pro eo, quod dici solet** Φεύγειν, Φευγέτω, **exemplis confirmavit A. Boeckhius. Idem optime de tempore inscriptionis exposuit. Hoc unum addo, videri Philonem et Stratoclem rebus Atheniensium studuisse et ob id ipsum urbe a Philippo expugnata expulsos esse.**

---

# Jahresbericht.

---

**Da während des Schuljahres Ostern 1846/47 weder im Lehrerkollegium noch im Lehrplan Veränderungen eingetreten sind, so wende ich mich sogleich zu den**

## Schulfeierlichkeiten.

**Auch im Jahre 1846 beging unsere Anstalt den 30. Oktober, den Geburtstag des Herzogs Wilhelm Ernst, dem sie Dasein und reiche Stiftungen verdankt, in festlicher Weise. Nach vorausgegangener kirchlicher Feier hielt der Oberprimaner und Alumnus Gustav Lebrecht Schmidt von Reisdorf eine lateinische Rede über den Satz: Fructus eorum, quae homines magni cogitarunt et fecerunt, nullis neque locorum neque temporum angustiis continentur. Hieran schloss sich dies Jahr zum erstenmal eine Austheilung von Büchern an eine Anzahl tüchtiger Schüler an. Da nämlich sowol das Krausesche und Schneidersche Legat, als der Prämienfond des Wilhelm-Ernstischen Freitisches zu Büchergeschenken bestimmt sind, so schien es zweckmässig diesen Geschenken durch die feierliche Gelegenheit, bei der sie gegeben würden, einen höhern Werth zu verleihen und die Bedeutung des festlichen Tages im Herzen der Schüler zu erhöhen. Die bezeichneten Mittel und höchst dankenswerthe Gaben einiger Lehrer und anderer Schulfreunde machten es möglich diesmal 6 Quartanern, 7 Tertianern, 5 Sekundanern und 5 Primanern Prämien ertheilen zu können. Die Quartaner erhielten Curtius von Mützell, 2 Exempl., Cornelius von Daehne, Hiecke's deutsches Lesebuch, Witte's griechische Götter- und Heldengeschichten, und Dullers deutsche Geschichte, die Tertianer Herlings Stylistik 2ter Theil, 2 Exempl., Fürstedlers Mythologie, Gesenius hebräische Grammatik, 2 Exempl., Homers Odyssee, und Xenophons Cyropaedie von Jacobitz, die Sekundaner Scherr's Wegweiser durch den deutschen Dichterwald, Hiecke's Handbuch deutscher Prosa, Demosthenes edd. Baiter et Sauppe Bd. 1—3, Platonis dialogi edd. Baiter et Orelli, 4 Bdchen., Horatius ed. Orelli (kleinere Ausg.), die Primaner den allgemeinen Handatlas der ganzen Erde (Weimar im Industrie-Comptoir), Tacitus ed. Orelli vol. I, Hermanns heilige Alterthümer der Griechen, Eckermanns Religionsgeschichte und Mythologie der Griechen und Römer, Ph. Wackernagels deutsches Lesebuch. — Sollte diese Erweiterung der Feier des Wilhelmstages Anklang gefunden haben, so erlaub' ich mir hiermit den Wunsch und die Hoffnung auszusprechen, dass edle Schulfreunde mir durch freundliche Gaben die Wiederholung dieser Feier auch für die Folge möglich machen werden.**

**Sodann betheiligte sich das Gymnasium an der höchst erfreulichen Feier des 2. Februar, des Geburtstages Sr. Königl. Hoheit des Grossherzogs durch eine öffentliche Redehandlung. Mit passenden Gesängen wechselten die Reden des Herrn Professor Scharff über das Leben und Wirken Friedrich Hortleders, des Oberprimaners Karl Friedrich Wilhelm Kromayer von Berga über den Sängerkrieg auf der Wartburg, und ein Gedicht des Oberprimaners Edmund Ackermann von Weimar: Die Erstürmung Breisachs durch Bernhard den Grossen.**

Den 27. März wurden 6 Abiturienten in öffentlicher Redefeier zur Universität entlassen. Es sprachen die Abiturienten Edmund Ackermann von Weimar lateinisch: De criminibus inconstantiae et vanitatis M. Tullio Ciceroni falso intentis, und Karl Eduard Otto von Parry von Weimar deutsch über die Verse Goethes:

Des Menschen Thätigkeit kann allzuleicht erschlaffen,
Er liebt sich bald die unbedingte Ruh;
Drum geb' ich gern ihm den Gesellen zu,
Der reizt und wirkt und muss als Teufel schaffen.

Als ihnen dann im Namen seiner Mitschüler Oskar Schumann von Bergsulza in deutschen Versen Lebewohl gesagt hatte, sprach ich über die Frage: Wie gelangen wir zu innerer Ruhe und Selbstständigkeit? und übergab den Abgehenden mit den innigsten Wünschen für Glück und Gedeihen ihrer Bestrebungen die Entlassungszeugnisse.

## 2. Stiftungen.

1) Wilhelm-Ernstischer Freitisch. Für die zu Ostern 1846 durch den Abgang der Primaner Menger, Ridel, Schütze, Brüger und Paul erledigten fünf Stellen wurden nach vorausgegangener schriftlicher und mündlicher Prüfung die Primaner Karl Siefert von Weimar, Louis Sänger von Bechstedtstrass, Ludwig Kessler von Weimar, Reinhold Köhler von Weimar und Theodor Schenk von Grossneuhausen dem h. Oberkonsistorium vorgeschlagen, welches diese Vorschläge durch Reskript vom 25. Mai 1846 genehmigte.

Zu Michaelis 1846 wurden durch den Abgang der Primaner Siefert, Pilz, Gengelbach, Ackermann I., Sänger, Lusche und Barthel sieben Stellen frei. Diese wurden nach vorhergegangener Prüfung auf den Vorschlag des Lehrerkollegiums vom h. Oberkonsistorium den Primanern Edmund Ackermann von Weimar, Konstantin Cotta von Niederzimmern, Walter Zier von Blankenhain, Alfred Görwitz von Apolda, Karl Holzhauer von Weimar, Karl Schilling von Weimar und Ludwig Metzner von Reisdorf durch Reskript vom 23. Nov. 1846 verliehen.

Die drei Stiftungsprämien des Wilhelm-Ernstischen Freitisches erhielten diesmal, und zwar, wie oben bemerkt worden, am Wilhelmstage, die Alumnen Schmidt, Karl Kromayer und Köhler.

Zu Ostern wurden durch den Abgang der Alumnen Ackermann, Schmidt, Karl Kromayer und Kessler vier Stellen frei, für deren Besetzung dem h. Oberkonsistorium in gewohnter Weise Vorschläge gemacht worden sind.

2) Dem Privatfreitisch für arme Gymnasiasten wurde wieder durch die Gnade Sr. Königlichen Hoheit des Erbgrossherzogs für das Jahr 1846 am 18. Oktober eine Summe von 51 Thlr. 11 Gr. 8 Pf. zugewiesen. Für denselben Zweck bewilligte der wirkliche Geheime Rath und Staatsminister Freiherr Dr. von Gersdorff, Excellenz, auch in diesem Jahre 12 Thlr. und der Herr Geheime Medizinal-Rath Dr. Froriep für das Jahr 1846 5 Thlr. 7 Gr., für 1847 6 Thlr.

3) Das Krausische Legat betrug 8 Thlr. 22 Gr. 1 Pf. und fiel diesmal zu gleichen Theilen nach Tertia und Quarta. Dafür wurde ein Theil der Prämien angekauft, die wie ich oben bemerkte am Wilhelmstage an würdige Schüler dieser Klassen vertheilt wurden.

4) Das Schneidersche Legat betrug 5 Thlr. 25 Gr. 10 Pf., und es wurde, wie schon gesagt, ebenfalls mit für die am Wilhelmstage an Schüler der Tertia vertheilten Prämien verwendet.

5) Für jedes der vier im Laufe des Winters gegebenen Quartettkoncerte erhielten auch in diesem Jahre von Sr. Königlichen Hoheit dem Erbgrossherzoge zwei, und von Ihrer Königlichen Hoheit der Frau Erbgrossherzogin vier Primaner Freibillete. Für diesen Beweis gnädiger Gewogenheit sage ich im Namen der Anstalt hiermit den wärmsten Dank. Auch die freundliche Aufmerksamkeit, mit welcher die Gesellschaften der Erholung und des Vereins eine Anzahl von Primanern zu ihren Bällen einladen, und der Verein für wissenschaftliche Vorträge einigen Primanern Freibillete bewilligte, mit welcher ferner ein edler Freund der Anstalt zu dem Kirchenkoncert am 29. April d. J. 30 Schülern der verschiedenen Klassen Billete schenkte, erkennen wir auf das dankbarste an. Endlich ist es noch eine angenehme Pflicht für mich, allen den edelgesinnten Frauen und Männern hiesiger Stadt meinen tiefgefühlten Dank auszusprechen, die mich durch ihre Gaben in den Stand setzen, zwei wackeren Schülern, die im Laufe des vergangenen Schuljahres ihre Väter und Versorger verloren, so lange sie noch das Gymnasium besuchen, ihren Unterhalt zu sichern.



## 3. Sammlungen und Lehrmittel.

Die Bibliothek erhielt 1. von dem h. Oberkonsistorium:

Grunerts Archiv der Mathematik und Physik, Bd. VIII. und IX.
Verhandlungen der 8. Versammlung der Philologen und Schulmänner in Darmstadt 1845.
H. Stephani Thesaurus gr. linguae (Didotsche Ausgabe) V, 7. 8. und VI, 6.
Zeitschrift für Alterthumswissenschaft, 1847.
Cotta, geognostische Karte von Thüringen, 2. Blatt.
Dictionnaire de l'Académie française, 2 vol., nebst Complément, 1 vol.

2) Vom Herrn Hofrevisor Geist eine kleine Sammlung von 72 Abgüssen griechischer und römischer Münzen.

3) Von dem Herrn Kanzleirath Müller ein Exemplar des von ihm verfassten Staatshandbuchs des Grossherzogthums S. W. E. 1846.

4) Von den Abiturienten schenkte Michaelis 1846
Haertel: Cannabichs Nordamerika, Pilz: Lycurgus ed. Blume, Gengelbach: Hesiodus ed. Trincavelli und Xenoph. Cyropaedia ed. Poppo, Ackermann I.: Voltaire's Henriade, Sänger: Xenoph. Memorabilia ed. Herbst, Barthel: Cic. Brutus ed. Peter. — Von den Abiturienten zu Ostern d. J. schenkten Schmidt: Nagels allgemeine Naturlehre, Kessler: Dodwells Reise durch Griechenland, von Parry: Cic. Brutus ed. Ellendt (ed. II) und Tacitus ed. Bekker.

Ferner wurden aus den gesetzlichen Beiträgen angeschafft: Schlossers Weltgeschichte von Kriegk, Bd. 4—6, Scheuerleins griechische Syntax, Curtius ed. Mützell, Droysens Freiheitskriege, 2 Bde., A.W.Schlegels Werke, Geppert über Homer, 2 Theile, Müllers Geschichte der griechischen Literatur, 2Bde., Niebuhrs Vorträge über römische Geschichte, Bd.1, Schwencks Mythologie, 3 Bde., Gervinus Geschichte der deutschen Literatur, Bd. 2, Manilius ed. Jacob, Cic. or. pro Caecina ed. Jordan, Cic. Brutus ed. Goeller, Caesaris scriptorum reliquiae ed. Weichert, Nibelungen von Simrock.

Endlich schenkte ein ehemaliger Schüler des hiesigen Gymnasiums, H. Schäffer, Studiosus der Mathematik in Berlin, dem physikalischen Kabinet ein von ihm selbst verfertigtes s. g. Stereoskop.

## 4. Reskripte des h. Oberkonsistoriums.

Wichtigere Reskripte sind folgende:

den 6. April. Die Receptionsgebühr für jeden neu eintretenden Schüler wird in Prima auf 4, in Sekunda auf 3, in Tertia auf 2, in Quarta auf 1 Thlr. festgesetzt, ohne Unterschied, ob er Inländer oder Ausländer sei.

Den 3. Juni. Ein Schüler, welcher in einer Klassenabtheilung den Jahreskursus zweimal ohne

solche wissenschaftliche Fortschritte mitgemacht, um in eine höhere Abtheilung versetzt werden zu können, wird ohne weiteres vom Gymnasium entfernt.

Den 22. Juni. Ausnahmsweise wird für Michaelis 1846 noch einmal eine Abgangsprüfung gestattet.

Den 19. September. Wegen der Philologenversammlung in Jena wird gestattet, dass die Herbstprüfung für diesmal wegfalle.

Den 28. September. Dem Direktor wird die Oberaufsicht über das Gymnasialgebäude übertragen.

Den 12. Oktober. Die neue Verordnung über das Schleusinger Stipendium wird mitgetheilt.

## 5. Statistik.

Nach Ostern 1846 waren 191 Schüler auf dem Gymnasium.

Von diesen gingen mit Bewilligung des h. Oberkonsistoriums nach der am 14. bis 17. und 21. Sept. bestandenen Prüfung auf die Universität ab:

1) Karl Eduard Julius Born von Apolda, um in Leipzig Rechtswissenschaft zu studieren.
2) Friedrich August Julius Härtel von Weimar, um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.
3) Karl Friedrich Wilhelm Sinnhold von Weimar, um in Jena Theologie zu studieren.
4) Karl Friedrich Ludwig Siefert von Weimar, um in Jena Medicin zu studieren.
5) Karl Martin Adolph Pilz von Weimar, um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.
6) Gustav Gengelbach von Weimar, um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.
7) Franz Konstantin Ackermann von Weimar, um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.
8) Julius Hermann Louis Sänger von Bechstedtstrass, um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.
9) Wilhelm Bruno Lusche von Teutleben, um in Jena Theologie und Philologie zu studieren.
10) Friedr. Robert Hermann Barthel von Neustadt a/O., um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.

Ebenso gingen nach der vor Ostern am 11. 12. 13. 15. und 20. März bestandenen Prüfung ab:

1) Friedrich Edmund Ackermann von Weimar, um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.
2) Gustav Lebrecht Schmidt von Reisdorf, um in Jena Theologie und Philologie zu studieren.
3) Karl Friedrich Wilhelm Kromayer von Berga, um in Jena Philologie zu studieren.
4) Franz Ludwig Kromayer von Frauenpriessnitz, um in Jena Theologie zu studieren.
5) Wilhelm Julius Kessler von Weimar, um in Jena Rechtswissenschaft zu studieren.
6) Karl Eduard Otto von Parry von Weimar, um in Heidelberg Rechtswissenschaft zu studieren.

Ausserdem gingen, theils um auf andere Gymnasien, theils um zu einem andern Berufe überzugehen, 11 Schüler im Laufe des Jahres ab. Einen fleissigen und wackeren Oberprimaner, Otto Görwitz von Apolda, verloren wir durch den Tod. Er starb den 21. Mai 1846 im elterlichen Hause.

Dagegen wurden im Laufe des Jahres 2 Schüler aufgenommen, einer nach Prima, einer nach Sekunda.

So waren zu Ostern noch 165 Schüler auf dem Gymnasium.

Nach Ostern gingen noch theils auf andere Gymnasien, theils zu andern Berufsarten 7 Schüler über. Einer, Ruppe von Allstedt, der zu Ostern nach Sekunda gekommen war, ist ohne Anzeige weggeblieben.

Dagegen wurden nach den am 8. 9. und 10. April gehaltenen Aufnahmeprüfungen 1 Schüler nach Oberprima, 3 nach Unterprima, 9 nach Untersekunda, 6 nach Obertertia, 3 nach Untertertia, 8 nach Oberquarta, 16 nach Unterquarta, zusammen 47 Schüler aufgenommen.

Somit waren bei Beginn des Cursus 204 Schüler auf dem Gymnasium.

Die öffentlichen Prüfungen fanden am 20. 22. 23. und 24. März statt.

---